



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

§.1. Istius effectus atque affectus causæ nonnullæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

Christi passionum contemplatione , contemplatis animo
vehementem peccati horrorem , etiam cùm ex professo
non agitur , naturali quadam consequentiâ , ingenerari . Cu-
jus rei causæ , nec paucæ existunt , neq; obscure .

§. I.

Istius effectus atq; affectus cause nonnulla.

Prima: Principiò enim Christi passionem consideranti,
illud occurrit: solius peccati gratiâ unigenitum Da-
lium , post intoleranda & plena doloris opprobria, morte,
turpissimâ condemnatum , & infami crucis supplicio addi-
ctum, necatûmq; fuisse. Quæ res continuò divinæ offendit
atrocitatem indignitatémq; menti ingerit ; & (quod hinc
consequi necesse est) odium , fugam , aversationem , des-
stationem , horrorem .

Secunda: Enimverò qui D^ei Filium , splendore p-
ternæ gloriae , & Dominum supremæ Majestatis, pro sui
peccatis contemplatur in cruce pendentem , tum ex remedii
granditate facile estimat gravitatem divinæ offendit;
ob quam D^ei Filium oportuerit in cruce mori , quò lœsa divina
justitia satisficeret: tum periculi sui magnitudinem , si divi-
nam deinceps offensionem incurrerit. Nam si D^eus pro
proprio filio non pepercit , sed adeò atroces de innocentie po-
nas expetit , ob susceptam in se alieni criminis imaginem
quid formidandum est ipsi peccanti , & divinam iram arque-
vindictam in se provocanti accersentiq; secundum illud:

*Si in viridi ligno , &c. Quo sanè timore salutariter confi-
xus , vel ipfa exhorret peccati initia ac semina ; & (ut San-
ctus loquitur Ambrosius) contemplatus Dominum JESUM ,
alludit teneras & infirmas cupiditates ad petram Christi.*

Tertia: Jam verò , cùm ille qui in passione Christi in-
riò constantérq; exerceatur , non possit denique non intende-
diligere Redemptorem dulcissimum ac liberalissimum , m-

*Serm: 8. in
ps. 118.*

tissimum ac mansuetissimum , sanctissimum & innocentissimum , tam indigna tamq; atrocia , amore tanto , tantaq; libentia pro se indignissimo perpersum : consequens rursum est , ut peccatum oderit atque horreat , quod Domino suo , parenti , amico , ac Servatori optimo mortem tam acerbā , tamq; ignominiosam intulerit . Ut qui assiduè meminerit illius dicti prophetici : *Ipsa vulneratus est propter iniquitates nostras* : nec sine gemitu illud recolat è Threnis carmen . ; *Spiritus oris nostri Christus Dominus , captus est in peccatis nostris* ; & his similia .

*Isaia. 53.**Thren. 4.*

Quarta : Et sanè qui ita se à Christo amatum recognoscit , ut ejus salutis gratiā , in mortem dederit dilectam animam suam , omnēm q; sanguinem ei redimendo , ac se denique totum , dependerit ; ad illud respiciens quod scriptum est : *Qui dilexit nos , & lavit nos in sanguine suo* ; & illud Paulinum : *Qui dilexit me , & tradidit semet ipsum pro me* : qui fieri potest , ut tantum amatorem non redamet ? aut si , uti par est , redamārit , qui tandem inducat animum , illum vel simplici animi motu offendere ? Atque si qua ipsum peccandi cupido incesserit , nonne si duntaxat recordetur Christi crucifixi , illum continuò sibi quodammodo istud approbrantem audiet : *Hec est gratia tua ad amicum tuum* . *2. Reg. 16.* Aut illum certè figurabit animo , sese invitantem , & veluti Thomæ dicentem sibi : Huc ades ; fili atque amice ; atque priusquam de me offendendo deliberes ; infer digitū tuum huc , & vide manus meas , & in his attende dolorem meum ; & affer manum tuam , & mitte in latus meum , & ibi palpa amorem meum ; & si adhuc tibi id fert animus (non feret autem , ut existimo) tunc me , si potes , ad extremum offendere .

¶. 2.*Allatis quibusdam causis alijs , res concluditur.*

Vuuu

Quin-